



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

1 Eleemosinam Pauper pro certo paupere petens, & sibi retinens, bis peccat, secus si pro paupere in genere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

licentia sui superioris translatus, ad suum praesinum ordinem redire non tenetur; eo quod sic translatus, non virtute alicuius privilegij, aut facultatis specialis, sed virtute iuris communis canonici, quo licet omnibus cum superioris sui licentia de religione laxiore ad strictiorem, c. licet, de reg. (qualis est Carmelitanorum respectu Minorum) transisse censetur.

[Notandum, consiliu 89. in Novis, deest in antiquis, quia tamen sensu non differt a consil. 5. in antiquis brevitatibus caula omittitur.]

DECISIO CV.

Ex cons. 90. in Novis, deest in antiquis.

105 **Q**uamvis olim Monachi nullum suffragium, aut vocem in capitulo haberent, sed totu regimē ad Abbatem, seu Praetatum pertinebat; c. nullam, 18. q. 2. hodie tamen Abbates, seu Praetati cum consensu sui conventus regere tenentur.

TITVLVS XXIV.

De Mendicantibus.

SUMMARIUM.

1 **E**leemosinam Pauper pro certo paupere petens, & sibi retinens, bis peccat, secus si pro paupere in genere.

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 4. de crimine falsi.

1 **E**leemosinam pauper pro certo aliquo paupere petens, & sibi retinens, bis peccat mentiendo, & rem alteri deo itam retinendo; nec absolui potest, nisi restituat; secus autem si pro paupere verbo generali eam peteret, & acciperet, cuius appellatio ipsa petens quoque contineretur, sic enim petendo, nec sibi retinendo peccaret. Arg. cap. ne quis, 2. q. 2. art. 2.

TITVLVS XXV.

De conuersione coniugatorum.

SUMMARIUM.

- 1 **M**atrimonium ratum, & non consummatum, per religionis ingressum dissoluitur.
- 2 **B**igamus est, qui matrimonium cum corrupta contrahit, & consummat.
- 3 **C**oniuix religionem profitens sine alterius consensu, nisi ab ea repetatur, in ea manere debet.
- 4 **C**oniuix religionē professus, si a coniuge reuocetur, ea mortua, aliam ducendo peccat, sed valet contractus.
- 5 **C**oniuix, adulterante coniuge, sine illius consensu, religionē ingredi, & profiteri, aut sacro ordine initiari valet.
- 6 **I**rregularis quamvis celebrando peccet, nouam tamen irregularitatem non contrahit.
- 7 **C**onjugatus propter notorium vxoris adulterium, ea inuita, religionem ingredi valet.
- 8 **C**onjugatus, aut, & quando de licentia vxoris ordinari poterit.

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 2.

1 **R**eligio militum sanctis Ioannis Hierosolymitani cum vera religio sit, eamque profitentes tria vota substantialia religionis emittunt in manibus potentis eos religioni incorporare, ita Pan. in rub. de regul. consequenter matrimonium ratum, & consummatum contrahens illud per ingressum & professionem solennem religionis illius dirimere, & dissoluere potest, v. ait Conc. Trid. sess. 24. can. 6. de matr.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 8.

2 **C**ontrahens matrimonium cum corrupta, illudque consummans, Bigamus efficitur, & irregularis, c. si quis viduam, d. 24. & toto tit. de Big. qui licet ob adulterium vxoris postea commissum religionem ingredi, & profiteri valde possit, cap. Agarofa. 27. q. 2. & Nau. in Man. c. 22. nu. 21. ad omnes tamen non hic ex Papa dispensatio ne ascendere valet, nec superiores ordinis per privilegia illis concessa dispensandi super irregularitatibus cum fratribus suis, ante, vel post ingressum monasterij contractis cum illo quoad hoc dispensate queant; eo quod excipitur semper irregularitas ex homicidio voluntario proueniens, & Bigamia, nisi id expresse in privilegijs eorum exprimat.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 6.

3 **C**onjugatus absens in longinquam regionem, & facto postea testamento se mortuum fingens, si vxor illu vere mortuum esse credens, monasterium intrat, & solemniter professionem emittit, eam tamen non emissura, nisi mortuum maritum crederet, qui tamen postea superviuere probatur, licet vxor sic ingressa monasterium a marito illam repetentē educi possit; placet de conuersione coniug. ipsa tamen sponte sua nec ad seculum redire, nec maritum approbantem suam professionem repetere potest, c. consuluit, de voto, nisi incontinenter viueret, & episcopus ex officio suo iuberet, vt simul cohabitarent; c. cōsis c. vxoratus de conuers. coniug. eo quod votum iuste emissum ex eo quod nullu credidit maritum mortuum, seruandum est, c. magna, de voto, & votum continentiae coniugis, sine consensu alterius, quoad vouentis praedictum, licet non ad coniugis alterius praedictum valet, ita Gl. in d. c. vxoratus, vnde nec sic vouens debetum petere potest, quamuis reddere teneatur, d. c. placet. & potest vir in proposito euenire, & ipse etiam religionem profiteri.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 9.

4 **Q**ui inuita vxore intrat, & profiteretur solemniter aliquam religionem approbatam, & postea repetitus ab vxore, cum ea matrimonialiter viuit, licet ea mortua aliam ducendo peccat, matrimonium tamē sic contractu valet; Quia votum illud professionis inuita vxore factu, licet non valisset solempne quoad praedictum vxoris suae, quae in maritum potestatem habuit, neque quoad obligandum eum religioni ex Panor. in c. quidam intrauit de conuers. coniug. valuit tamen tamquam votum simplex, votique simplicis continentiae tantum virtutem habuit; ex Syl. ver. diuortium q. 16. & Sot. 4. d. 27. q. 1. artic. 4. vouens autem castitatem, vel religionem voto simplici, quamuis matrimonium sine dispensatione contrahendo peccet, contractum tamen tenet. c. Rufinus, qui cleric. vel monac.

DECISIO V.

Ex cons. 5. alias 14.

5 **C**onjugatus de licentia coniugis suae promittentis, & iuratis se castitate perpetua seruaturum, & intraturu religionem per instrumentu publicum, qui tamen postea religionem intrare nolit, sed vitam inhonestam, & adulteram agit, licet religionem ingredi, & profiteri, aut in seculo manens, sine alio vxoris suae consensu presbyterio ordinari pot, ita vt ab episcopo, vel aliquo alio ad ea redire, vel ab officio suo suspendi nequeat. Quia licet coniux regulariter ad sacros ordines promoueri non possit, c. cū sit, de conuers. coniug. aut religionem ingredi, nisi ipsa quoque eam ingrediatur, maxime si sit uicinis, & de fornicatione suspecta; ad Apostolica n. tit. eo. si tamen de consensu vxoris promittentis, & iurantis seruare continentiam, & intrare religionem ordinetur, aut profiteatur ordinatio, aut professio facta valet, & ordine accepto viui, & in religione manere tenetur, adeo vt vxor ipsa, q. cōsistat,